



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo

Zype, Frans van den
Antverpiæ, M. DC. XLV.

Resp. I. De privilegijs regularium adeundi alienos Episcopos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73071)

tribuere, quam ipsi per d. c. 9. sit concessum. quemadmodum et si per constitutionem Gregorij XV. *incip. inscrutabili* concessum sit, vt possit præesse monialium electioni; declararunt tamen Interpretes nec per hoc ei esse tributum ius confirmationis. que censura sic indistincta & indefinita vtique præsupponit nec ius cõfirmandi competere per antierius Concilium Trid. & in simili Conc. Trid. *de regular. c. 20.* ex facultate visitandi vetuit aliud inferri, quam decreto sit concessum. in cæteris omnibus *privilegia firma sunt*, inquit, & *illata*. & generaliter veteris iuris correctio inducenda non est, nisi sit expressa in lege noua.

Quod eo magis erit dicendum, dum d. c. 9. nullam confirmationis mentionem facit, & vocabulum *gubernatio*, vt metaphoricum est in d. c. 9. ita proprie in nauis vsurpatur de eo, qui gubernaculo præest, et si alius eum præposuit, vt *in l. 1. & ibi DD. D. nautæ camp. stabul.* & proprie gubernator dumtaxat dicitur qui in puppi; proreta qui in prora præsidet. *Eudæm in l. 1. D. De arbit.* vt imperium ei non sit absolutum, atque ita gubernatio per d. c. 9. delegata strictè est accipienda, non de omni superioritate; sed regimine, quale in antithesi in d. c. 9. proponitur de iis, qui à regularibus reguntur; vt sub eorum *cura*, inquit, & *custodia relinquuntur*: atque aliud non possit flecti, quam ad eam directionem, quã nauis rectã nauiget ad eum portum, quem religionis statuta præscribunt; non vt gubernator aliquid aliud detrahat iuri institoris, seu exercitoris nauis, aut nauigantium: & sic neque Episcopi hîc delegati iuri delegantis, aut delegatorum, extra strictè acceptam gubernationem, curam, seu custodiam hîc dumtaxat delegatam.

Quare rectè censuit F. Nuntius Apostolicus Abbatissam B. immediatè Sedi Apostolicæ subie-

ctam non rectè ab Episcopo A. confirmatam, & iuramenti formam Papæ præstandi non rectè ad Episcopum fuisse translata: & in posterum à Sede Ap. confirmationem peti iussit.

Quæ de confirmatione diximus, de benedictione etiam sunt accipienda: vt ab immediato superiore accipiatur. *allegat Azor. d. c. 10. q. 4. sub medium clement. attendentes verb. per eos ad quos pertinet*: sed ea referuntur ad prouisionem faciendam per eos ad quos pertinet, ipso iure excidente abbatissa, quæ intra annum non benedicitur, vbi benedici solent: ita vt clementina nihil de eo decidat. oportet ergo à confirmante benedici. hæc enim ad ius Episcopale pertinent per veteres canones. *c. de iuris. 20. q. 1. in v. viduas autem velare nullus Pontificum attentet. & rot. illa. q. 1. c. consuluist. X. qui cler. vel vou. in exemptis autem exinde per privilegia referuata sunt Papæ, vel translata ad alios superiores. vide Tambur. d. disp. 29. q.*

^{11.} Etiam benedictio ab immediato superiore accipienda.

De temporibus Ordinationum, & qualitate ordinandorum.

RESPONSVM I.

De privilegijs regularium ad eundi alienos Episcopos.

Privilegia omnia regularibus olim concessa, vt promoueri possint ab alieno Episcopo, sublata videntur per Concilium Trid. *f. 23. c. 8. in verb. vnusquisque à proprio Episcopo ordinetur. quod si quis ab alio promoueri petat, nullatenus id ei, etiam cuiusuis generalis, aut specialis rescripti, vel privilegij pretextu, etiam statutis temporibus, permittatur.*

^{11.} Vetera sublata sunt per Trid.

Inde Clemens VIII. decreto quod refert Piacet, in praxi c. 1. n. 14. & L. Miranda in manual. Prælat. tom. 1. q. 38. ar. 3. fanxit ne Prælati regulares suos dimittant ad alienos Episcopos, nisi dioecesanus abfit, aut ordines non sit datus, eaque causa litteris inserta, sub graui poena.

2. Nisi abfit dioecesanus aut non ordinat:

3. Sedes vacet.

4. An & primo anno?

5. An his seruanda interstitia?

6. Nisi Ecclesie expediat.

7. Sed cuius arbitrio?

Sed quid si Sedes vacet? & hunc casum sub prioribus exceptionibus comprehensum esse videtur aliàs respondisse S. Congregatio, quasi speciem sub genere.

Sed an etiam primo anno vacationis? in quo Concil. s. 7. c. 10. dimissorias vetat dari, & dantes ac sic ordinatos grauib. pœnis mulctat: *ibid.* c. 23. c. 10. verum ea loca de Capitulis loquuntur, ijsve, qui Sede vacante in iurisdictionem Episcopi succedunt, dimissorias dantibus: & videntur agere de clericis sæcularibus, d. c. 10. s. 23. in verb. *dimissorias aliquibus secularibus &c.* seu etiam iis regularibus, qui exempti non sunt, seu quoad ordines priuilegiati; vt quoad illos futuro dioecesano reuerentia quedam seruetur, cuius ratio tum in regularibus non priuilegiatis æqualis videtur: priuilegiati autem si sede vacante, quamuis primo anno, ordinentur, nihil decedit dioecesani successoris reuerentiæ, non magis quam prædecessori viuo debuisset exhiberi: quippe, eo ordines non habituro, poterant priuilegiati alienum adire.

An porò hoc casu seruanda erunt interstitia, quæ Concilium Tridentinum præscripsit? s. 23. quoad minores c. 11. quoad subdiaconatum c. 13. quoad diaconatum & presbyteratum c. 14. & omnino dubitandum non est: nisi aliud pro necessitate aut vtilitate Ecclesie expedire videatur. *dd. cc. Miranda vbi supra ar. 5. & 6.*

Sed cuius arbitrio? Miranda *vbi supra, ar. 7.* negat huiusmodi interstitiorum remissionem Prælati competere; citatque S. Congre-

gationis declarationem: prædicta Concilij loca tribuunt dioecesano proprio ordinandorum, & citati à Barbos. in Collect. D.D. ad Concilium Trid. d. c. 12. n. 7. vel Sede vacante post primum annum Capitulo, seu ei qui illius vice iurisdictionem episcopalem exercet n. 8. & Miranda *vbi supra* in secularibus: d. ar. 7. concl. 2. in regularibus autem non exprimit cui competat, nisi quod superiori regulati non competat. *concl. 1.*

Nec videtur ex priuilegio aliocundi alienum Episcopum qui ordinare possit, sequi facultas remittendi interstitia: cum Sixtus V. in ea bulla quam moderatur Clemens VIII. constituit. incip. *Romanum maiestatis* Quarant. V. Ordo. graues etiam poenas inflixerit ordinantibus laicalem, vel cuiusvis Ordinis regularem non seruatis interstitiis: quod in proprio non obtinet interdicente id Ecclesie expedire: & Clemens quidem poenas Sixti fulcrit; non tamen decreta Concilij: adeoque videri potest priuilegiatus quoad interstitia non restringari; nec post Concilium data aut confirmata, nisi expresse ea facultas sit inserta. præsertim cum confirmationes post Concilium leant habere clausulam restrictiuam quatenus decretis Concilij Tridentini non obuietur, & vbi refert Barbosa in Collect. ad s. 23. n. 7. Congregationi S. Ioannis euangelista Portugallia concessum à Clemente VIII. vt ordinari possint sine interstitiis: idemque estimo permissum Societati Iesv Indulto Gregorij XIII. de quibus n. 6. & illis competere qui communicationem habent priuilegiorum, dum suberit æqualis causa. In aliis porò non immeritò videri potest quoad ad eundem Capitulum, quod in articulo dimissorias dare potest. d. c. 23. quod quamuis in rigore verborum loquatur in articulo ratione beneficij, etiam regularis; vt si quis idoneus

neus constituatur rector Ecclesie regularis, remitti ei interstitia possunt & debent, ut intra annum recipiat ordines omnes necessarios; tamen ex identitate causae, recipi posse videtur etiam in arctata ratione portionis, aut praebendae monachalis: cum scilicet conuentus defectum patitur minitrorum. tunc enim regulares, quos superior delegerit, arctari videntur ratione beneficii, id est status, portionis, aut praebendae monachalis: adeoque ei dimissorias dari posse à Capitulo, ex iudicio superioris regularis quoad arctationem seu necessitatem Ecclesiae. cum etiam ipsum dioecesanum huiusmodi superiorum iudicio deferre competeret. *Miranda d. ar. 7. in fin. 1. concl.*

Idem tamen in fin. concl. 2. sub dubio existimat, quoad minores, qui à Praelatis regularibus suis conferuntur, interstitiorum remissionem competere in eisdem, quasi cui competit quod est maius concessum videatur quod est minus. eo denique argumento videtur quibusdā concessa facultate ut regulares possint ordinare Episcopus alienus, concessum videri, ut & is super interstitiis possit dispensare: sed sequela non est necessaria; ideoque dubius mansit Miranda; & à nemine resolutum ait: verius sanè videtur ut regulares, qui priuilegium super interstitiis non habent, nec viuo Episcopo, nec sede vacante aliter ad alienos Episcopos mitti possint ordinandi, quam seruatis interstitiis. nec Clemens VIII. in d. decreto ulterius eorum priuilegia ultra dispositionem d. c. s. f. 23. extendit, ut supra diximus. et si sciam ex epikeia quadam aliter aliquos esse vios aliquando.

RESPONSVM II.

An minores ordines & subdiaconatus simul suscipi possint?

Aspero, inquit Barbosa, in *Collect. D. D. ad Conc. Trid. s. 23. c. 8. n. 9. citans s. p. sum p. 2. alleg. 11. n. 18. cum Henricus concedere etiam consuetudinem recepitam, ut feria sexta vesperis precedente sabbatum in quo de iure ordines sacri conferuntur, Episcopis fas sit ordines minores dare, quasi in hoc officio censeatur incipere dies Sabbati pridie vesperi.* quod quidem minus decere existimauit, quam si feria sexta quatuor temporum minores; Sabbatho maiores dentur. In *consult. canon. de temporib. ordinat. consult. 1.* nihilominus Barbosa tamen consuetudinem exigit; quae in his valet. *c. cum H. X. de eo qui ord. furt. susc. in verb. iuxta consuetudinem patriae. gloss. in c. de eo. in verb. ad minores. X. de temp. ord.* alioquin de iure non admittitur huiusmodi computatio. *c. literis. vers. si enim. X. de temp. ord.* neque extra tempora sacri ordines conferendi consuetudinem admittit *c. 2. X. de temp. ordin.* ubi tamen & multitudo, & antiquitas à poena excusat.

Duo ordines sacri eodem die ne conferantur vetat Concil. Trid. *s. 23. c. 13.* unde videtur arg. à contrario sensu, non sacros posse: quod datur ut verum sit *ex c. de eo. ubi gloss. de temp. ord.* quamuis verius sit non licere. *c. 1. 2. 3. s. d. 77.* nisi ex consuetudine. *d. c. 2. de eo qui ord. furt.* aut aliud Episcopo expedire videatur *Concil. Trid. s. 23. c. 11.* sed non sequitur vnum vel plures ordines minores simul cum sacro eodē die suscipere licere. *d. c. 11. in fin. prater Bonacin. citatū à Barbosa. in d. Collect. ad c. 13. n. 15. s. 23.* id negat Cucus in *Inst. maior. lib. 4. tit. 13. n. 17.* citatque Innocentium & Hostiensium in *c. dilectus. d. tit. Siluest. in sum.*

B 3 in sum.

2. Vt ordinum dies computandis

2. Eodem die duo sacri non possunt suscipi: an ergo vnus pluresve nec sacri cum sacro?

11. As in arctata ratione portio ordinum monachalis

12. Qui potest ordinare in minoribus